



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

15. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Carrillo in causa
Vlixbonen. Professionis. Veneris 1641.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

currentes erunt, quod iudicem Canonici electi reassumant habitum Canonicalem, & reponantur in eodem statu, in quo erant ante dd. recursus, ex quorum causa fuerint coacti habitum dimittere, cum huiusmodi recursus, omniisque illorum vigore gesta purgari debeant in omnibus recurrentium ad instar attentatorum, que regulariter operantur, ut omnia in pristinum restituantur Rot. coram Buratt. decis. 446. n. 11. & d. decis. 173. n. 13. part. 6. rec. alias enim huiusmodi renuncatio est, solum verbalis, que non sufficit ad hoc vt quis dicatur renunciasse recursibus, sed vera & effectualis requiritur, scilicet ut omnia impedimenta illata vigore recursuum in partibus sublata sint, illaque nec de iure, nec de facto nocere possint, vt in his terminis fuit alias resolutum in Calaguritana de Brancauilla 9 Iunij 1603. coram Sacrao & Regien. Capella 1. Iulij 1630. coram R. P. D. meo Piranano cum aliis relatis in d. decis. 173. n. 10. cum trib. seqq. p. 6. recent.

3. Idque comprobatur ex aliis clausulis in eodem Breui adiectionis, & sine litis & colligatuum praesudicio, ac dummodo exponentes nullum ius proprietas acquirant. Etenim si dd. Recurrentes consequentur absolutiōnem non restitutis Canonici in statu, in quo erant ante recursus, acquirerent saltem per indicatum aliquod ius ex dd. recursibus, nempe priuationem d. Canoniconum, quoad habitum, & possessionem Canonicalem contra mentem Pontificis, qui censetur d. absolutionem demandasse iuxta iuris communis dispositiōnem, c. cap. 1. annos, & ibi Felin. n. 5. de rescript. Rom. consil. 334. n. 1. Ferret. consil. 308. n. 5. & fuit dictum in Iamini. pecuniaria seu prætentorum attentatorum 20. Aprilis 1640. coram me, quo attento absolutio à censuris ob recursus ad indices laicos non conceditur, nisi præcedat satisfactio de iniuriis, damnis & intereste, que pars ob huiusmodi recursus passa fuit c. quoniam, §. si quis vero, & ibi gloss. in verbo satisfactum, de immunitate ecclesie in 6. Anchore. n. 2. in 7. notab. Monach. n. 19. Archidiac. in cap. quamquam ad fin. in verb. restitutus, de cens. in 6. & fuit dictum in Vlixbonen. professionis 27. Martij 1637. coram R. P. D. meo Carillo.

4. Non obstat, quod reassumptio habitus vti pendens non à potestate d. Michaelis aliorumque recurrentium, sed à voluntate Iudicium laicorum, iudicetur ferre impossibilis, & ideo sufficiat simplex renunciatio iux. decis. 64. num. 2. vers. & licet part. 3. rec. quia ultra quod non omnia, que pendent à voluntate Principis indicantur impossibilitas, cum ea facilitate, qua consiliū Regium ad instantiam, & preces d. Michaelis, & confortum præcepta pro dimissione habitus relaxauit, ea pariter ad contrarias preces eorumdem eadem præcepta forsitan renocaret, vt in proposito ponderaret Rot. d. decis. 173. n. 14. & seq. adhuc admisla huiusmodi impossibilitate dd. Recurrentes tenentur facere quantum possunt ex corum parte, & sic specialiter & individuè remuniri omnibus & singulis in viro Regiarum prouisionum gestis, & consequenter consentire reassumptioni dicitur. habitus adeo vt dd. Canonici quoad omnes iuris effectus habeantur pro illis possessoribus, qui erant ante prouisiones Regias, ut dixit Rot. in ead. decis. 64. n. 2. vers. voluerunt ramen DD. p. 6. recent.

5. Nec obstat prætentio, quod reassumptio habitus Canonicalis fuerit attentata tam ex eo quod illa fuisse sequuta post appellationem extra iudiciale ab electione dd. Canoniconum, quam etiam ex eo, quod deinde fuit appellatum judicialiter a decreto Nuntij mandantis procedi ad receptionem eorumdem Canoniconum, & Signatura causam deinde simpliciter commisserit. Quoniam omisla huiusmodi inspectione, sat esse dicebant DD. quod ante dd. recursus Canonici electi erant in habitu Canonicali, illumque deinde fuerint coacti dimittere vigore dd. recursuum, ad hoc vt d. Michaelis, & alii recurrentes teneantur curare, quod omnia redu-

cantur ad primeum statum, in quo erant ante dd. recursus, cum sola derentio, seu status, qualificante ille re attentatorum sufficiat, vt illi competat restitutio. Rota decis. 11. incipit. Nota quidam ubi aliquipso appellationem, n. 1. de appell. in antiqu. Lancelot. de auct. part. 3. c. 2. 4. q. 8. n. 7. & seqq. cum aliis relatis a Rot. decis. 393. n. 1. part. 2. recent.

6. Sed vila fuit cessare difficultas, quia cum attentato ex adiutorio commissa in viro dd. recursuum, fin posteriora, intra conclusio quod ultima attenuata fuit prius purganda, c. fin. de ord. cognit. Lancelot. de auct. part. 3. c. 2. 4. q. 8. n. 29. Rot. decis. 27. in fin. de appell. in nou. & decis. 360. n. 2. p. 4. diuers. & coram Gregor. XV. dec. 500. n. 10. & in Mantuan. iuris patronus 26. Iunij 1628. coram bon. mem. Tard. Virili.

Et ita vtrique, &c.

DECISIO XV.

Sacra Rot. Romane coram R. P. D. Carillo.

In causa Vlixbonen. nullitatis Professionis.

Veneris 17. Maij 1641.

§. 1. Francisca Coronella postquam vti expresse professa spatio 24. annorum permanebat in Monasterio S. Dionisiij de Odiellas Ordinis S. Bernardi sub prætextu, quod professio ibidem emissa secula fuisse ob vim, & metum, obtinuit de anno 1618. à Santissimo D. N. breue restitutionis in integrum aduersus lapsum quinquennij à Conc. Trident. prescriptu. p. 1. c. 19. de regulari. cum solita clausula (dummodo professionem huiusmodi racite, vel expresse non ratificauerit) causamque præterea restitutionis in integrum in Rot. introduci curauit cum clausula (appellatione remota) contra d. Monasterium, & Antonum, & Ioannem eius fratres, factisque hinc inde probatioribus propulsi dubium. An constet de nullitate professionis.

2. Pro cuius affirmativa resolutione informantes pro d. Franciscā dicebant expressam professionem per eam in manibus Superioris emissam anno gratis fice 16. nullius esse momenti ob metum reverentiam patris sibi incussum cum minis mortis, vt dilecte depnunt plures testes de visu, & auditu proprio, & precipiū 3. 6. 7. & 10. Summ. d. Francisca. n. 5. & seqq. & signanter n. 10. qui metus dicitur iustus, & irritat professionem. Abb. in cap. virian. n. 8. de regulari. Felin. in c. causam matrimonij. num. 5. de offici. deleg. Conarr. de sponsal. 2. part. c. 4. §. 6. n. 8. Azot. Instr. mor. lib. 12. c. 5. qu. 4. vers. Si roges. part. 1. Sanchez de matrimon. lib. 4. disf. 6. n. 36. & in præcepti. Decalog. lib. 4. cap. n. 26. Rota decis. 729. n. 10. part. 3. recent. præterim in muliere, & minore, vt de muliere in quo requiriū minor metus quam in masculo, traditū gloss. & Doctor. in c. causam matrimonij. de offici. deleg. Calderon. consil. 1. vers. tertio quid. sub tit. quid met. caus. Anchore. consil. 14. n. 7. Abb. consil. 4. n. 5. lib. 1. & de minore, in quo minor metus exigunt quam in maiore perfecte gratias novent Paul. de Cast. consil. 174. post. n. 3. lib. 1. Purpur. consil. 179. n. 7. & Rimini. sent. consil. 15. n. 22. concurrentibus præcipue tum explicata protœfatione, quam eadem Francisca fecit coram Sanctissimo Crucifixo in Choro existente dum accedebat ad profectendum quod feliciter bene idem Crucifixus sicut non sua propria voluntate, sed per metum patris erat professura, vt uno ore concludunt undecim testes de summ. mense. 13. & seq. ad text. in l. oni in aliena, in fin. de acquirend. heredit. bene Rebuff. consil. 60. num. 9. tum, & etiam successuī lamentationibus de professione per metum emissa.

emissa, vt dicunt iidem testes d. *Summ. n. 12.* quæ probationem metus valde coadiuant. Angel. in l. *magis la. 3.* ff. *quod met. caus.* Dec. in cap. *fin. num. 1.* *vers. bene verum est de appell.* Couarr. in epitom. de *spofsal. part. 2.* c. 3. §. 5. n. 12. Rebuff. d. *confil. 69. num. 10.* *vers. quod eriam factis.* Rota *coram s. mem.* *Gregor. XV.* in *decif. 326. n. 25.* & 26.

3. Provt nec tacitam professionem adeisse iidem informantibus subiungebant ex eo, quod d. Franciscus postea receperit velum nigrum à veris professis recipi solitum, quia vltra quod ad illius susceptionem fuit patitur coacta, vt deponunt testes d. *Summ. n. 19.* quatenus etiam actus videtur sponte factus adhuc non obstatet cum tunc temporis viueret pater, & sic vigebat quoque eiusdem metus causa, quæ facit ut actus succedanei ea durante facti patiter merculof dicatur. Bart. in l. *penult. ff. de condic.* ob turpem caus. & passim DD. in l. 2. C. *quod met. caus.* Abb. in c. *consultatione de spofsalib.* Couarr. in epitom. 4. *Decret. d. part. 2. c. 3. §. 5. n. 1.* Rolan. *confil. 2. n. 86. lib. 1.* Patil. *confil. 60. n. 34. lib. 4.* Rota *coram Seraph. decif. 77. 1. n. 8.* & 9. in fin. attentis præcipue lamentationibus, & expressis declarationibus à d. Franciscus factis tam ante, quam post, emissam professionem, ac etiam post mortem patris, & fratris, & omni tempore, vt assertunt testes d. *Summ. n. 12.* *et que ad fin.* deponentes cum dictioribus (vnuquam) & (semper) quia omne tempus includunt l. 1. vbi gloss. & DD. ff. *solut. marit. l. quia semper ff. de in iur. vocand.* Rot. *decif. 2. 4. n. 4. part. 1. recent.* iste namque lamentationes, & declarationes excludunt tacitam, & præsumptam professionem resultantem ex delatione habitus per 20. annos, & vltra ex hilaritate, ac ex exercitio actuum professis propriorum, quia præsumptio cedit veritati in dd. declarationibus expresse, vt notant Innocent. & alij communiter in c. 1. de *equod met. caus.* Suar. de *regular. sit. 3. qu. 17. art. 15. in princ.* Barbat. *confil. 59. col. 2. libr. 2.* Dec. *confil. 18. n. 5. & seq. lib. 4.* Handed. *confil. 78. n. 2. lib. 2. in puncto.* Rota *decif. 33. n. 4.* & 5. *part. 4. recent.* & in terminis professi, que per plures annos permanerat in Monasterio. Rebuff. in *confil. 68. n. 26. in fin.* & n. 29. Rota *decif. 397. sub n. 6.* vbi quod Monialis præsumt interueniens actibus iussi, & ob reuerentiam Abbatilæ *part. 4. recent.* latè Adden. ad *Gregor. XV.* in *decif. 385. n. 6. vers. excluditur,* quicquid esset dicendum si professa animum sum in contrarium non aperiretur in quibus terminis loquuntur decisi. Meten. professionis 2. Junij 1636. coram me, impress apud Modern. de iur. Abbatilæ que est 3. in ordine, & deci. Messianen. professionis 5. Decemb. anni proxime preteriti, coram R. D. Peutinger.

4. Nec contrarium elici asscrebatur ex redditu dictæ Franciscæ ad Monasterium unde egressa fuerat ad curandam aegritudinem, nec ex confessionibus emissis in dispensationibus obtentis vbi ipsa enunciatur professa. Nam quoad redditum ad Monasterium testes probant eam fuisse coactam à D. Collectore Lusitaniae ad redendum mediabitibus comminationibus censuratum, confessiones verò quatenus demonstrant, professionem fuisse emissam, non ideo important eius validitatem, vel quod Franciscus illi consentierat, sed restringuntur ad illam causam pro qua emanarunt, ad l. *si certa.* vbi Bart. & DD. C. de *transfatt.* Aym. *conf. 497. n. 30.* Natt. *conf. 546. n. 12.* & facit decisio Meliten. pensionis 7. Junij, & 9. Decembri 1630. coram mem. Coccino.

5. Quibus non aduersari dicebatur testes contra dictam Franciscam examinatis ad probandum, quod ipsa verè, & realiter professionem emiserit absque ullo metu, tum quia sunt Moniales eiusdem Monasterij, cuius interest professionem esse validam, & ideo non hinc integræ fidei dum aduersari alij testes iuxta magistralem distinctionem, quam sequuta est Rota in Calaguritana

Parochialis de Alzola 20. Martij, & 22. Junij 1620. coram bon. mem. Coccino. Tum etiam quia in hac materia magis creditur duobus testibus affirmantibus metum quam mille dicentibus actum fuisse sponte factum ea ratione, quia deponentes super metu deponunt super actu perceptibili fenu corporeo. Sed alij de actu imperceptibili tempore de intussecis cordis, vt post Abb. notat. in *specie Innoc. in c. 1. sub n. 10. vers. imo plus, de his, quia vi me: us ve caus.* Guttier. *conf. 14. n. 9.* & *conf. 16. n. 4.* Rebuff. d. *confil. 68. n. 33.* Sanch. de matr. lib. 4. *disp. 27. n. 1.* & sequuntur quamplures relati in *decif. 26. n. 46.* coram *Gregor. XV.*

6. Absque quod aliquid teleut nullitas opposita contra aliquos ex dictis testibus pro Franciscus examinatis, & quod aliqui corum fuerint examinati extra diem citationis, alij verò extra dies præfixos in remissoria cuius forma debebat ad vnguentum feruari, cap. cum dilecta, & ibi notat. de *re script. o. statutum, eod. tit.* in 6. l. aut qui alter, in princ. & ibi Bart. ff. *quod vi. aut clam.* Caputq. *dec. 143. n. 5. part. 3.* Rot. *decif. 466. n. 1. part. 2. recent.* Quia cum testes Franciscæ iurauerint presente procuratore partis aduersari, vt in processu de partibus fol. 71. à tergo in fin. usque ad fol. 76. dicuntur ritè examinati, talis enim præstia supplet defectum citationis ad text. in l. *de unoquoque ff. de re iud.* Rot. *coram Seraph. in decif. 88. n. 4.* & *inter recent. decif. 79. n. 15. part. 5.*

7. Prædictis tamen minimè obstantibus articulo per plures positiones ab omnibus Dominis exactè disculfo contrarium fuit resolutum, hoc est constare de validitate professione ea præcipua ratione, quia quidquid sit, an realiter dd. testes sunt validè omnes examinati, & concludant prætensum metum continuum, propterea requiritur, & non conculcentur ex aliis pro monasterio, & fratribus eiusdem Franciscæ examinatis contrarium deponentibus, super quo Domini non fuerunt concordes, certum est, quod dicta Franciscæ post diu agitatam litera super hac prætensa nullitate professionis pendente examine restituti remissorialium in partibus positivè litti huiusmodi renunciauit, professionemque ratificauit coram Vicarij Ordinarij Notario, & testibus in hac verba ibi, quānis monialis non esset, hodie monialis esse volebat, quod sufficit ad hoc, vt ipsa professionera amplius impugnare nequeat, vt de muliere, quæ dixerat se velle esse moniale ex doctri. Hoffenl. in c. *porrectum. col. 1.* & ibi Abb. in 3. *notab.* firmavit Rot. in *decif. 216. part. 2. divers. n. 10.* etiam non interuenierit noua acceptatio Monasterij cum aliis solemnitatibus, nā quando propterea huiusmodi professione fuit ab initio solemniter emissa, sed solam inualidam ob defectum consensus profitentis per vim, & metum eo ipso dicitur validè ratificata, quo superuenit consensus eiusdem monialis sic professiæ vt tenent P. Suar. 10. 3. de Relig. lib. 7. c. 1 Emauel Rodriguez. 2. com. *Summasc. 92. concl. 5. ms.* Anglés in Flor. 11. de regular. *confil. 24. in priori editione, & 50. in posteriori.* Sanctarell. var. *refol. 9. 48. n. 30.* Less. de inst. & iur. lib. 2. c. 41. n. 67. Bartol. de Vecch. in praxi obfernand. in admittent. ad relig. *diff. 14. dub. 4. n. 7.* Sanchez de marit. 1. 2. *diff. 2. n. 9. vers. ergo satia, & n. 14.* & in lib. 7. *diff. 47. n. 60.* & 61.

8. Et ratio est, quia quatenus noua acceptatio requireatur ea suppleretur à Papa, qui est supremus Religionis Praelatus, & media religione semper acceptat, suūque consenserit de facto praefat quoties professus suū præstiterit, & religio expressè non contradixerit, vt colligitur ex cap. ad nostram & cap. significarum, de regular. & c. 1. eod. tit. in 6. & ex Conc. Trident. *ff. 2. c. 19. de regular.* & expresse docent Sanch. d. lib. 7. *diff. 97. n. 64.* & Ferdinand. de Castr. Palao rom. 3. *diff. 2. purfl. 5. n. 4.* in fin. quod proculdubio procedit in presenti. ex eo, quod Sanctissimum in commissione restitutiois integrum exceptit professionem tacitam, in qua non sequitur noua, & solennis Monasterij acceptatio, cum ea

Decisions Nouissimæ

ea inducatur ex sola delatione habitus professorum, c. vniq. vers. si vero de regul. in 6. Clem. cap. tit. ac ex eorum exercitiis, c. vidua 4. de regul. Sanch. super Decalog. lib. 5. c. 3. n. 10. & 13. ergo multò magis censetur inducta ex expresso consensi apertis verbis declarata per Franciscam in actu d. renuntiationis, vt admonet ad hoc propositum Henric. Boic, in c. 1. n. 5. in fin. de his, quae vi metu se caus. sunt.

9. Hincque patet non applicari d. decisionem 395. coram Gregor. XV. in qua fuit dictum matrimonium non esse ratificatum ex simultanea cohabitatione, nec ex superuenientia consensus ulterius coniugis, vel ex aliis actibus, & quod ad illius ratificationem requirentur eadem solemnitates, quae requirebantur in ipso contratu, quia licet in reliquo valeat argumentum à matrimonio carnali ad spirituale, quale dicitur professio cap. inter. de translat. Episc. Relig. d. confil. 69. m. 9. Non valet tamen in hoc articulo stante diversitate rationis ex ea resultante, quod Pontifex seu Ecclesia non potest supplerre alterutrius coniugis consensum, Petr. de Ledesma de matrim. p. 45. art. 3. in finit. ad ult. lec. verò in professione, ut constat ex superioris allegatis, & tradit in puncto Sanchez de matrim. d. lib. 7. q. 7. disp. 37. n. 64. vers. est enim.

10. Non obstat, quod Monasterium suum consensum reuocauerit, & contradixerit ante superuenientiam novi consensus d. Franciscæ, ut probari prætenditur, ex fidibus extrajudicialibus 76. Monialium attestantium se non habuisse Franciscam pro Moniali, & quod nomine Abbatissæ id ipsum fuerit Sanctissimo expositum, ut in sumARIO Franciscæ n. 7. quo casu limitatur conclusio supra firmata, cum Pontifex non intendat admittere ratificationem superiori, id est, eodem Monasterio repugnare. Less. de iustit. & iur. d. lib. 2. c. 4. dub. 7. in fin. Barthol. de Vecch. in praxi d. diffus. 14. dub. 4. n. 3. in fin.

11. Quoniam licet vera sit limitatio, non potest applicari huic casui, cum dictæ Moniales Sanctissimo scriperint, & dictæ fides fecerint absque consensu Capituli, & ideo reuocatio, seu contradic̄tio ex eis defuncta nullius est momenti. Nam sicuti in prima acceptatione adhibitus fuit capitularis. Monialium consensus sine quo, nec satis fuisset consensus Superioris, gloss. in cap. porrectum. verb. Monachum, de regul. Anchæ, ibid. n. 6. & in cap. fin. in 1. not. eod. tit. in 6. Nauarr. conf. 9. n. 12. de constit. lib. 1. Roderic. quæst. regular. tom. 3. q. 1. art. 7. Lap. allega. 1. n. 1. & 3. ibique Adden. litt. A. vbi quod receptio monialis spectat ad Abbatissam, & Conuentum, vti ad Collegium, Sanchez in præcer. Decalog. lib. 5. c. 4. q. 2. n. 65. ita requirebatur vel consensus capitulariter per actus in eiusdem acceptatione reuocatione iuxta vulgatam regulam quod actus eodem modo destruitur, quo constitutur, l. 2. C. si aduers. donat. aut. contra. C. de repudii. Pinell. in l. 1. n. 4. vers. quaro cum donat. G. quando lic. ab empr. disced. Menoch. confil. 10. lib. 5. n. 24. Surd. decif. 12. 8. n. 14. & 15. vel quod Superior reuocasset prædictio Monialium capitulari consensu, quem non inducunt dictæ attestationes seu declarations ab Abbatissâ, & Monialibus emissâ vti singulis, non autem in loco capitulariter congregatis, Bald. in l. & suum, §. die tamen, vers. notar. Angel. ibid. n. 1. ff. de past. Felin. in c. cum omnes, n. 24. de constit. Rot. decif. 484. n. 6. part. 1. recent. & decif. 351. n. 11. coram Buratto, ibique adden. n. 13. litt. C.

12. Nec dicatur, quod ad effectum, vt ratificatio sit valida, requiratur scientia nullitatis professoris præcedentis. Cajetan. in 2. 2. q. 189. art. 5. Nauarr. confil. 28. 5. 7. & confil. 89. n. 3. de regular. & in manual. c. 12. n. 71. Rota decif. 179. n. 7. & decif. 397. n. 5. part. 4. recent. Quia vlt̄. quod prædictam opinionem vti minus tutam Sagra Congregatio Eminentiss. Cardinalium

Sacr. Concil. Interp. non amplectitur, sed contrarium pluries tenuit, vt in declarationibus relatis in d. Meten, professionis coram me impress. apud Modern. de iur. Abbatis. sub n. 12. cum seq. vbi quod Sanctiss. D. N. Urbanus V III. huiusmodi declarationes obseruari mandauit 1. Februarij 1631. in vni Romana nullitatis professionis, celsat in presenti omnis scriptulus cum ex testibus pro Franciscis examinati, & super in principio ponderatis probeut ipsam nunquam habuisse pro Moniali, nec ab aliis Monialibus pro tali reputaram, quod clarius patet, ex propria confessione emissa in actu renuntiationis, ibi, quamvis Monialis non esset, hodie Monialis esse volebat, qua nulla datur maior probatio, L. ciam te, C. de transact.

13. Minus obstat, quod d. ratificatio desumatur ex dictis verbis in renuntiatione liti prolati, & ideo sicut d. renuntiatione corruit, ita corrue debet ipsa ratificatio vti accessoria, quia renuntiatione liti corrue ex quipars, ad cuius favorem fuit renuntiationum, non fuit praesens, nec aliquis pro ea stipulatus fuit, prout requirebatur ex text. in l. certum, §. si quis absente. de confess. & norat. in specie, Iaf. in l. postquam liti, i. in fin. C. de pasti & propterera merito potuit reuocari ante acceptationem. Alciat in d. l. postquam liti, n. 19. vers. sed tamen, c. aliis allegat. in particullari decisione super de renuntiations nullitate emanata sub die 30. Ian. anni proximi praetatis, quæ quidē ratio cessat in ratificatione professoris, quæ si Deo vbiique praefanti, & sic parum refert, quod non fuerit acceptata a parte colligantur, jnd cum religio sum ab initio præstiterit consensum, cuis perleuerantia presumitur ex retentione ciudem protelle in Monasterio. Nauarr. conf. 50. sub n. 1. vers. nec profici, de reg. lib. 3. Rodriguez. reg. to 3. q. 17. 4. 3. art. 1. lib. 1. nullitas, sufficit, quod Papa Religionis non contradicte de facto acceptet, prope acceptasse presumitur eo ipso, quo professio suum præstiterit consensum, vt supra fuit firmatum ex doctr. Ferd. de Castr. Palao 10. 3. mer. dub. 2. 2. 7. n. 5. n. 4. vbi concordantes cumulantur. Nec dicitur nouum, quod idem actus possit valere respectu unius licet sit nullus respectu alterius, quando prope hic est de sua natura diuidens, vt tradunt Alban. conf. 3. 8. n. 8. Gabr. conf. 36. n. 4. & 46. vol. 1. quos refer, & sequuntur Ciriac. controversial. 1. 98. n. 2. 3. ex regula, quod in diuiditu vtile per inutile non vitetur, cap. si confirmationem 39. vbi Gemini, notar. 3. de elect. in 6. capitulo 36. vbi Riu. n. 7. de reg. iur. in 6. Surd. conf. 42. n. 20.

14. Et quāvis in eadem decisione 30. Ian. subiungatur ex d. renuntiatione liti non posse inferri ad ratificationem professoris cum Franciscis non dixerit vel ratificare professoris, sed potius declaranter per antea se non fuisse Moniale, vt colligitur ex sapientiis recitatis verbis, ibi, quamvis Monialis non esset, hodie Monialis esse volebat, & ideo dum conflat ipsam non fuisse Moniale, non posse intrare ratificatione professoris, ex quo non detur ratificatio eius, quod non est, vt notar. Bart. in Lobservare 4. 8. fin. n. 6. de offic. Proconsil. & lega. non obstantibus illis verbis, hodie Monialis esse volebat, quia cœcilio quod non fuisse Monialis, predicta verba importarent tantum notam professoris, & consequenter nullam ob defectum solemnitati requiriatur, ex e. porrectum, de reg. relat per Azor. iustit. mor. p. 1. lib. 2. 4. 5. 9. 7.

15. Tamen hodie melius negotio per DD. examinato recedendo in hac parte a dicta decisione, celsus fuit, quod dum d. Franciscus habuit moniale, celsus fuit professionemque solemniter emitit, & spacio tanti temporis in Monasterio permanxit faciendo actus professi convenientes negari non possit, quin ipsa factum appetere Monialis reputari deberet, licet iniustè professio obmetum sibi incussum, & propterera quando dixit, quamvis Monialis non esset, dicendum est intellectu de vera Moniali, non autem de Moniali, sattem habitu, & consequenter retroretur conclusio in dicta decisione fit.

DECISIO XVI.

Sacrae Rotæ Romanæ coram R.D.Dunozet Decano,

In causa Meleuitana Marecsciallatus.

Veneris 27. Ianuarij 1643.

firmata, quod scilicet illud quod est, sed ab initio nullum posse ratificari possit, quando propterea hic actus peccat in his, que pendent à solo consensu ratificantis, ut post Abb. tradit. Felin. in c. nonnulli, §. sans & alij, col. 3, de rescript. in 3 ampliat. quam ibi ponit vers. pro ista ratione, bene Natt. confi. 20, n. 10. Surd. cons. 28, n. 123, in fin, quo supposito stante, non debet dici, quod Francisca in illis verbis, hodie Monialis esse volebat, voluerit nouam professionem emittere, sed tantum precedentem nullam ratificare, in qua non requiruntur aliae solemnitates, ut fuisse supra fuit ostentum ex dispositione S. Concil. Trid. de fess. c. 19. de reg. & ex text. in c. ad nostram. & c. significatiunc. eod. iii.

16. His igitur sic positis non virget, quod Francisca seducta fuerit ad professionem ratificantam illecebris, & promissionibus Antonii fratris, quia omisso, quod testes ad id examinati deponunt promissiones fuisse factas mediatis Fr. Iacobu Peregrino, Fr. Didaco de Areda, & Fr. Emanuele de Vasconcellos, qui tamen medio iuramento contrarium attestati sunt, quod confirmatur ex ipso euentu, dum ratificatio pure, & simili pliciter facta fuit, quae propter debet attendi, quidquid antea tractatum fuerit, c. dudum. §. sed ad ista, ver. in super. de conve. f. coniug. Sanchez in precept. De catalog. lib. 6. c. 2. n. 40. & in terminis matrimonij carnalis, idem Sanchez in matr. lib. 2. disp. 45. n. 19. vbi plures cumulat, & nuperrime fuit in Rota decisum in Romana matrimonij 17. mensis currentis coram Reverendissimo Patre Domino meo Decano?

17. In omnem eventum non inde inferri posset ad conditionem suspensiua eiudem ratificationis, nam cum promissorum executio deberet subsequi actum ratificationis importat modum dumtaxat, non autem conditionem, c. cum tale, §. 1. ff. de condit. & demonstrat. Bart. in l. quibus diebus, §. Terminus, n. 11. ff. eod. Natt. conf. 213. n. 2. Rota dec. 203. n. 14. & 15 part. 5. recent. & in puncto quod matrimonium sic contractum dicatur putum, cum obligatione tamen praestandi; quod promissum est, tradit. Basil. à Ponte de mar. lib. 3. c. 13. n. 4. vers. deinde, modus enim non suspendit actum neque illum si deficit, resolut, sed ad promissorum adimplementum est agendum, ut inter modum, & conditionem distinguit Bart. in leg. sicut, §. videmus ff. quibus mod. pign. & hyporbec. foliis. Negul. de pign. membris. 3. pars. 6. n. 3. 1. vers. eccl. auem. Surd. dec. 156. n. 6. & 7. & in terminis matrimonij notat Sanchez. lib. 5. de matr. disp. 19. n. 9. vbi plures concordantes refert.

18. Denique non relevat, quod Francisca protestata fuerit se accedere ad ratificantam tanquam ad malam crucem, vt se subleuaret ab ære alieno, quo valde gravata reperiebat, quis præterquā quod de hac protestatione non deponit, nisi vincis testis, & per consequens nihil probans c. veniens 10. & cap. lice ex quadam 47. de rescript. in iurisvandi 8. eod. sit. adhuc non relevaret cum non doceatur emissa coram iudice, vel coram ipso promittente, seu metum inferente, Bart. & alij in l. qui in aliena, §. final. ff. de acquir. hered. Abb. in cap. tua nos, de fons fal. Aym. confi. 110. n. 1. & 5. Parif. confi. 10. n. 42. & seqq. lib. 1. Dec. confi. 41. n. 122. & seqq. lib. 2. Menoch. præsumpt. 127. n. 9. & 10. lib. 2. & eo minus, quia post præsentem protestationem purè ratificavit, quod fit, vt etiam si errasset in spe maioris fortuna, seu diuitiarum, valeat nihilominus ratificatio, ut in puncto professionis tradit. Navarr. in confi. 50. n. 2. de regular. ex c. confi. 20. quast. 3. & in matr. carnal. idem. Navarr. notat. in manual. c. 22. n. 32. & semper in dubio est facienda interpretatio, & professio sustineatur. Navarr. confi. 13. n. 10. de regular. Sanchez. de matr. lib. 7. disp. 37. n. 12. in fin. Rot. coram Seraph. dec. 136. in fin.

Et ita vtraque parte, &c.

Tom. VIII.

Sacrae Rotæ Romanæ coram R.D.Dunozet Decano,

In causa Meleuitana Marecsciallatus.

Veneris 27. Ianuarij 1643.

§. 1. D^{omi}n^o responderunt D^{omi}n^o Commandatori Fra- tri Ioanni Lafay de la Tour non esse adjudicandam dignitatem Marecsciallatus, de qua agitur, mo- ti præcipue ex eius incapacitate, quæ resulbare vita fuit ex eo quod ille alienum propriæ uictoritate Molendinum vñ cum Pratis, & Tenimenti spectantibus ad Commandam, quam obtinebat, illudque concessit in emphyteum perpetuum cuidam laico recipienti pro fe. & successoribus cum expressa obligatione stabilium d. Commende pro talis contractus obseruantia, propter quam alienationem factam sine beneplacito Apostolico, vel Magni Magistri, & Capituli Generalis incidi in peccatis committatis per statuta Religionis 6. & 7. de contract. & alienat. Et consequenter censetur primatus omnibus Commandis, & beneficiis, etiam si id non fuerit expressum, propterea disponitur in altero statuto 27. de verb. signif. quæ statuta conueniunt cum dispositione iuriis communis iuxta quam res Ecclesiæ re- gulariter alienari non possunt cap. sine exceptione 52. cauf. 1. 2. quast. 2. c. nulli licet 5. de reb. Eccl. non alien. hoc consultissimo 2. eod. ii. in 6. Clem. 1. & Extraug. ambito eod. tit.

2. Neque alienatio d. Molendini visa fuit excusari posse sub eo prætextu quod minaretur ruinam, quia periculum assertæ ruine, & quatenus deseruire potuerit pro sufficienti causa alienandi, non tamen est sufficiens ad sustinendam alienationem factam absque solemnitate, cum alienatio rei Ecclesiæ duo copulatiæ requirat, causam scilicet, quæ debet esse necessitas, vel cuius- dens utilitas Ecclesiæ, & solemnitatem, nempe beneplacitum Apostolicum, aut alterius superioris auctoritatem habentis, & 1. de rebus Eccles. non alien. in 6. Clement. I. codem tit. Abb. in cap. 2. num. 10. vers. duo enim sunt necessaria de his que vi matrice causantur, & in cap. ad noctram 11. num. 8. dereb. Eccles. non alien. Dec. in amb. qui rem n. 21. vers. & in alienatione bonorum Ecclesiæ C. de sacrof. Eccles. & confi. 142. num. 4. Conarr. var. resolut. lib. 2. c. 17. num. 2. Redoan. in tract. de reb. Eccles. alien. vel non, quast. 5. 1. c. 7. n. 21. Molin. de contrah. disp. 40. 8. n. 2. & 14. Quarant. in summ. Bullars. ver. alienatio rerum Ecclesiæ n. 2. Rota coram Seraph. dec. 508. num. 1. & in divers. dec. 160. num. 1. & 178. num. 1. part. 2. & in recent. dec. 410. n. 1. part. 2. & dec. 367. n. 5. part. 5. & in Gerunden Scribania 1. Iulij 1637. & præferim quia, & 27. Nouemb. eiusdem anni §. circa alios autem, & 26 Februarij 1638. §. 1. coram bon. mem. Merimo.

3. Non obstat quod prædictum Molendinum fuerit alias locatum, seu concessionem in emphyteum, & præ- terea tanquam locati solitum poruerit relocari absque solemnitate, cap. 2. & ibidem gloss. in verb. inuestire. Abb. num. 3. de feudiis. Dec. in d. autib. qui rem. num. 29. vers. prima est. C. de sacrefact. Eccles. Calderin. confi. ultim. circa med. vers. sed nego consuetudinem tit. de conser. Ruin. confi. 41. n. 39. lib. 1. Beto confi. 86. nu. 1. lib. 1. Iul. Clax. lib. 4. sentent. §. Egyp. yrensis quast. 6. post princ. vers. si verores Ecclesiæ, Molin. de contract. d. disp. 468. num. 17. Conarr. var. resolut. d. lib. 2. c. 17. n. 4. Quarant. in summ. Bullars. in d. verb. alienatio rerum Ecclesiæ n. 38. vers. bona igitur, & in terminis bonorum huius Religionis consuluit Gabr. confi. 71. num. 2. & 7. lib. 2. Tum quia huiusmodi solitum non probatur, nisi ex assertione eiusdem Fratris Ioannis cui non creditur, sed de-

V bet